



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

**D. Burchardi VVormaciensis Ecclesiae Episcopi,
Decretorum Libri XX. ex Consiliis, & orthodoxoru[m]
patru[m] Decretis, tum etiam diuersaru[m] nationum
Synodis, ceu loci communes congesti, in quibus ...**

Burchardus <Wormaciensis>

Parisiis, 1549

De illis qui diuinationes requirunt. v.

urn:nbn:de:hbz:466:1-10722

bus adhortamur hos diligenti inuestigatione perquiri, & veritate cognita, talem in eis faciatis exercere vindictam, quatenus & Deus placari possit, & aliis eorum vltio correctionis exemplum sit.

De cultoribus idolorum. Cap. III.

Contra idolorum nanque cultores, vel aruspicum, atque sortilegorum fraternitatem tuam vehementius pastoralis hortamur inuigilare custodia, atque publicè in populo contra huius rei viros sermonem facere, eosque à tali labe sacrilegii, & diuini intetioone iudicii, & presentis vitæ periculo adhortatione suaforia reuocare. Quos tamen si emendare se à talibus, atque corrigere nolle reppereris, feruenti comprehendere zelo te volumus; & quidem, si serui sunt, verberibus, cruciatibusque, quibus ad emendationem peruenire valeant, castigare. Si verò sunt liberi inclusione digni, districtaque sunt in pœnitentia dirigendi, vt qui salubria, & à mortis periculo reuocantia audire verba cootemnunt, cruciatus saltem eos corporis ad desideratam mentis valeat reducere sanitatem.

Ex eodẽ, cap. 15.

De eadem re. Cap. IIII.

Peruenit ad nos, quòd quosdam incantatores atque sortilegos fueris insequutus, & omnino nobis sollicitudinem, zelumque tuum gratum fuisse cognoscas. Sed molestè tulimus quòd te dubitare, ne ab eis nobis contra experientiam tuam surripi potuisset, didicimus, dum quãdo certus esse ac scire debueris, hoc tibi apud nos ad commendationem magis proficere, non ad culpam adscribi. Et ideo studii tui sit sollicitè quærere, & quoscumque inueneris huiusmodi Christi inimicos, ita districta vltione corrige, vt & nos de experientia tua melius possimus habere iudicium, & Deo te nostro, quod maximè studendum est, valeas commendare.

Ex eodẽ, cap. 18.

De illis qui diuinationes requirunt.

Caput V.

QVI diuinationes expetunt, & more gètilium subsequuntur, aut in domos suas huiuscemodi homines introducunt, exquirendi aliquid, arte malefica, aut expiandi causa, sub regula quinquennii iaceant, secundum gradus pœnitentiæ definitos.

Ex cõcil. Ancirano, ca. 23.